

P R A E F A T I O.

explicatur. Alias statuendum potius
cum præclaro Zwingero, qui quondam
dicere solitus, eos, qui res vulgari mo-
do, & notis à veteribus traditis, sapo-
re, odore, & aliis, cognitas haberent,
corum similes esse, qui palatum ali-
quod, aut magnifice extructam do-
mum, extrinsecus cernerent, atque
in atrium & aulam reciperentur; at
verò, qui solerti & Chymicâ partium
resolutione, intima quæque scruta-
rentur, eos planè referre, qui in con-
clavia & penetralia palatii admitte-
rentur, otiosè cuncta, minima, ma-
xima, spectattiri. Quapropter seriò con-
cludimus: Medici non tam officium esse,
hunc vel illius medicamenti temperiem
conservare, quam vires, quæ ut plurimū
sub illa totius medicamenti tempere, ab-
sconditæ latent, nec prius in lucē emer-
gunt, quam dissoluta sit illa temperies, uti
doctè & eleganter disputat Baucynetus. In Not. ad
Faceant igitur vestræ sophisticatio- Apolog. &
nes, & impudentissimæ calumniæ in Vi- Censur.
ros longe eminentes, & undiquaq. cele- Med. Pa-
ris. Har-
berri-yeti.